



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Continuatio Sessionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

ea que supersunt, in diem crastinam, hanc eandem Sessionem continuando, differuntur.

CONTINUATIO SESSIONIS DIE IV.
DECEMB.

Decretum de Indulgentijs.

Cum a potestate conferendi indulgentias à Christo Ecclesie concessa sit: atque huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita, antiquissimis et temporibus illa vsa fuerit: sacrosancta Synodus indulgentiarum usum Christiano populo maximè salutarè, et sacrorum Conciliorum auctoritate probatū, in Ecclesia retinendum esse docet, et præcipit: eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse iusserunt: vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant, in his tamen concedendis moderationem, et iuxta veterem, et probatam in Ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit; ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina eneruetur. Abusus verò, qui in his irrepservunt, et quorum occasione insigne hoc Indulgentiarum nomen ab hereticis blasphematur, emendatos, et correctos cupiens, presenti decreto generaliter statuit, et prauos quæstus oēs pro his consequendis, vnde plurima in Christiano populo abusus causa fluxit, omnino abolendos esse. et Ceteros verò, qui ex superstitione, ignorantia, irreuerentia,

a Mat. 16.
Ioan. 20.
c. audiimus. & c.
quodcunque ligauer. 24. q.
1. c. vt constitueretur. 50.
dist. c. ad huc de pæn. dist. 1. toto tit. de pœ. & remis. ex in 6. & i. Clem.
b Ancyr. per multa Capit. Neocæs. c. 3. Nicæn. c. 1. & 11. Carth. 4. c. 75. Agathæ c. 60. c. c. cū ex eo de pœ. & remis. d Clem. abusionibus de pœn. & remis. e sup. Ses. 21. de ref. cap. 9.